

Pontifex
dictas ordina-
tiones appro-
bat.

tum ejus perturbantes, de convictu, & familia suorum dimovere, ac depellere; cum satis item persuasum sit vix quemquam suae negligentem salutis diu permanurum, ubi, & progressus ad virtutes, & perfectorum piam emulationem esse debet, Beatus Insuper asseruit, neminem penitus has constitutiones obligare ad peccatum velle. Ipse Deus arbiter, premia pro pietate daturus aeterna, sit sua nobis benignitate propitius. Amen.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Praepositi, & Presbyteri praedicti plurimum cupiant constitutiones, & institutiones hujusmodi pro firmitate earum subsistentia, & inviolabili observatione, Apostolica nostrae confirmationis robore communiti, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, quatenus eorum votis in praemissis annuere, aliasque desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur desiderii hujusmodi justitiam attendentes, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, atque ecclesiasticis censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum dumtaxat praesentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, constitutiones, & ordinationes praedictas, sicut praesertur, examinatas, & recognitas, apostolica auctoritate, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque omnibus, & singulis perpetuae, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, & quovis alios, etiam quantumvis substantialis defectus, si qui in praemissis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, supplemus.

Illaeque om-
nino servari
praecipit.

§.3. Decernentes, modernos, & pro tempore existentes Praepositos, & Presbyteros dictae Congregationis, ab eis, prout illae quemlibet eorum adstringunt, nullo unquam tempore resiliere posse, aut debere, sed ad plenariam eorum observationem teneri, & obligatos esse, & ad id poenis in Constitutionibus, & Ordinationibus hujusmodi contentis cogi, & compelli posse.

Et ita, ac non
aliter judican-
ti mandat.

§.4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariisque
derogat.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, eidem Congregationi, illiusque Praeposito, & Presbyteris, & quibusvis aliis Superioribus, & personis, in contrarium

praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanurum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die 24. Febr. 1621. Pontificatus nostri Anno VII.

Dat. die 24.
Februar. 1621.
An. VII.

Sequitur prohibitio alias Domos Romae erigendi sub denominatione Congregationis Oratorii.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Cum dilecti filii Praepositi, & Presbyteri Congregationis Oratorii Sanctae Mariae in Vallicella nuncupatae de Urbe, quibus pridem a Sede Apostolica indultum fuit, ut pro felici regimine dictae Congregationis statuta, & ordinationes ab ipsis observari facere, & condere valerent, indulto hujusmodi inherentes, statuta, & ordinationes condiderint, quae de mandato nostro revisa, & per Nos apostolica auctoritate confirmata fuerunt. Et sicut accepimus in diversis locis aliae Congregationes ad instar primo dictae erectae fuerint, quae a primo dictae Congregationis regulis declinare nesciunt;

Congregatio-
nis peticio pro
prohibitione
de qua supra.

§.2. Nos primo dictae Congregationis institutum in suo vigore perpetuo manere cupientes, Motu proprio, non ad Praepositi, & Presbyterorum praedictorum, vel alterius pro eis Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia nostra, deque apostolica potestatis plenitudine, ne de cetero quavis Congregationes ubivis locorum instituta, Constitutiones, & instituta sub denominatione B. Philippi Neri primo dictae Congregationis Fundatoris, promulgare audeant, minusque in Urbe aliae domus ejusdem instituti absque praedictorum Praepositi, & Presbyterorum licentia institui possint, sub poenis arbitrio nostro imponendis, & per contrascentes ipso facto incurrendis, tenore praesentium prohibemus.

Pontifex
prohibito.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Contrario-
rum derogatio.

Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris, die 26. Junii 1621. Pontificatus nostri Anno VIII.

Dat. die 26.
Junii 1621.
An. VIII.

GREGORIUS XV.
PAPA CCXXXVI.
AN. CH. MDCXXI.

I.

Beatus Isidorus Agricola Matritensis Sanctorum Confessorum Albo adscribitur. Ex Regest. in Secret. Brev.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.



DUodecima post Pauli V. obitum die, nona scilicet Februarii anno 1621. electus est in Summum Pontificem Alexander Tit. Sanctae Mariae in Transpontina Presbyter Cardinalis Ludovici, Archiepiscopus Bononiensis, qua in Urbe ante sexaginta septem annos natus fuerat. Sex post dies Sacra Thiara redimitus est. Sed in Pontificatu Annos II. Mens. V. temporibus Ferdinandi II. in Romanorum Imperatorem electi. Creatis undecim Cardinalibus obiit die 8. Julii 1623., & sepultus est in Basilica Principis Apostolorum, atque inde ejus corpus translatum fuit ad Aedem S. Ignatii sacram. Vacavit Sedes dies XXIX.

Immensa, & investigabilis divinae scientiae, ac sapientiae altitudo, sicut in ipsis mundi primordiis luminaria creavit, atque in firmamento collocavit, ut inde lucerent, & illuminarent universam terram; ita etiam in Ecclesia sua, quam ante mundi constitutionem mirabiliter praelegit, & praedestinavit, plurimos esse voluit homines magnos virtute, prudentia praeditos, & sanctitate praestantes, qui quasi viventia luminaria in Templo Dei omnibus justitiae, ac bonorum operum exemplis prae-lucere, ac sponsum ejus Sanctam Catholicam Ecclesiam meritorum splendore, & intercessionum suffragiis protegerent, & illustrarent. Novissime vero, in diebus Patrum nostrorum parvulum elegit, & humilem Beatum Isidorum, quem ex vili pulvere suscitatum super omnes Principes, & Reges Terrae exaltaret, ejusque sanctitatis lucernam super candelabrum poneret, & in conspectu omnium gentium collocaret. Hominem in diebus vitae suae mortificationem quidem carne, vivificationem autem spiritu, quae sunt saeculi sapienter ignorantem, & coelestia humiliter sapientem, terrenorum inopem, abundantem coelestium, & repletum divinae gratiae thesauris, quem hominum judicio contemptibilem, & sine honore, qui est Omnipotens in excelsis, & facit mirabilia magna solus divinum charismatum donis adeo abundanter cumulavit, ut sanctorum operum, & signorum splendoribus universam Ecclesiam iustificaret. Quomobrem pastoralis officii munus exigere existimamus, ut hunc Dei servum in Hispaniis, quam natalis sui decore clarificavit, sanctitatis gloria conscantem, in universa etiam militanti Ecclesia, cui licet immeriti praesidemus, ab omnibus Christianis debita veneratione colendum apostolica auctoritate decerneremus, ut pro tanto beneficio gratiae agantur Deo, & Jesu Christo filio ejus Domino nostro, qui praedestinatis temporibus per servos suos fideles Ecclesiam suam visitare dignatur, ut per eos exempla justitiae, & sanctitatis in diebus nostris imitant. renouentur, & ad quos in nostris, & Ecclesiae Catholicae necessitatibus cum fiducia recurramus.

Procerium.

Gesta ab Isidoro narrat.

Ejus nativitas

§.1. Ut autem omnibus fidelibus innotescant virtutes, & magna alia, quae operatus est Omnipotens in manu Pueri sui Isidori, nonnulla ad Dei omnipotentis gloriam, & Catholicam Ecclesiam adificationem duximus enarranda.

§.2. Natus est Isidorus in Oppido Matriti Toletan. Diocesis humilibus quidem, & ege-

1621.
 Pueri educa-
 tio.
 & egenis parentibus, catholicis tamen, ac piis, a quibus in timore Domini educatus, & doctus ferre jugum ab adolescentia sua, juvenutis illecebras fortiter, ac viriliter devicit, ac spreta lata via, qua ducit ad perditionem, angustam, & arduam semitam vitam aggressus est, indutus juxta Apostolum tamquam electus Dei Sanctus, & dilectus viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, & patientiam, & super omnia charitatem habens, quod est vinculum perfectionis. Cumque paupertatis onere premeretur, eique necesse esset in labore vultus sui vesci pane suo laboriosum, & humile, sed quod innocuum existimavit vitae genus agriculturam elegit. Quam tamen omnibus diebus ita exercuit, ut nunquam ejus causa pietatis, & misericordiae opera intermiserit. Nec enim umquam ad agrum colendum exiit, nisi postquam sacrificio Missae interfuit, ac preces ad Deum, & Beatissimam Virginem Dei Matrem ex imo pectore profudit. Praecepta vero Dei, & Ecclesiae adeo diligenter observabat, ut ne assiduis quidem laboribus fractus, statuta a sacris Constitutionibus jejunia umquam omiserit; Corpus autem suum, ut in servitute indigeret, non contentus vitae laboriose incommodis, quibus assidue fatigabatur, spiritu Dei impellente, aliis etiam castigabat afflictionibus, & pressuris, charitate in proximis fuit admirabilis, nam quamvis ipse pauperimus labore manuum suarum sibi victum compararet, erga illos tamen semper dives in misericordia inventus est, adeo ut de necessariis jugiter sibi detraheret, nec umquam, quod Pauperibus elargiretur, deesset: Accedebat ad hoc injuriarum perfecta condonatio: Conjugalis praeterea castitas, quam semper inviolatam servavit: quas, ceterasque omnes virtutes adeo mirifice coluit, ut proximis nedium exemplo, sed etiam admirationi esset, qui videntes opera ejus bona, glorificabant Deum Patrem, qui in Coelis est.

§.3. Quam vero validum, & inconcussum fuerit fundamentum fidei, quo ejus virtutes innitebantur, pluribus, & admirabilibus signis Altissimus comprobavit.

§.4. Atque illud in primis memorabile fuit, nam cum media aestate Dominus agri, quem vir Dei Isidorus colebat, eo sitibundus accessisset, ipsumque rogasset, ut ubi aliquid aquae reperiretur ostenderet, locum ad vicinum montem demonstravit: quo cum ille perrexisset, atque omnia aere, ac solis ardoribus exusta reperisset, cum indignatione quasi delusus ad eum revertitur. At vir Sanctus statim ad eundem locum redire suadet, eumque comitatur, & fide fortiter animatus instar Moysis, stimulo, quem gerebat percussit terram, & statim fluxerunt in sicco perennes aquae, duratque admirandus ille fons nullis umquam ardoribus arefactus usque ad praesentem diem, & magna populorum frequentia celebratur, ob innumera miracula, quae in sanitatem gentium meritis Beati Isidori per ejus aquae usum omnipotens operatur.

Agricolam agit.

Praeceptorum Dei cultus.

Corpus affligit mortificationibus.

Erga pauperes benignus.

Conjugalem castitatem servat.

Plura signa per illum operatur Deus.

In arido aquae suscitatur.

§.5. Accusatus fuerat a vicinis Isidorus apud Agri Dominum, quod orationi plurimum intentus, minus quam par erat, in cultura fundi laboraret: cumque ad eum severe castigaturus Dominus accurisset, agrum suum triplici jugo Bovum arari prospexit; duobus quidem ab adolescentibus candidis vestibus indutis actis, tertio vero ab Isidoro: cum appropinquasset autem Dominus, solum Isidori jugum cernit, reliqua non vidit; intellexitque demum verissimum esse, quod Dei servus saepe affirmaverat, non perire ipsi tempus, quod in obsequium Dei impenderetur.

§.6. Orabat vir Dei in Ecclesia Sanctae Mariae Magdalene, cum ad eum accessere quidam nuntiantes asinam ejus in faucibus lupi jam esse, nec servari posse nisi propere subveniret; At ille, qui jactabat in Domino cogitatum suum, nec minimum quidem commotus, pacato vultu respondit. Ite in pace filii, fiat voluntas Dei. Ceterum precibus expletis, Ecclesiamque egressus, asinam vivam, lupum vero divinitus percussum, & juxta eam mortuum invenit.

§.7. Magnifice etiam testatus est Deus misericordiarum, quam acceptus ei fuerit servus suus in misericordiis pauperum: saepius enim panes, & edulia ad refectorem egenorum ab eo comparata, in manibus ejus multiplicavit: Quodam enim die cum omnia, quae in cibos pauperum paraverat, distribuisset, pauper supervenit elemosynam efflagitans: at vir Sanctus Uxorem suam jussit inspicere, si quid cibarii in olla remansisset, atque ad illum deferre: Cumque illa quicquam superfuisset negaret. Isidorus fide fervens, & charitate exarscens, rursus instetit, ut iterum inspiceret, quod cum fecisset, vas, quod vacuum relictum erat, mirabiliter pulmento plenum repletum est, atque ita egenus abunde saturatus. Rursus cum quodam festo die de morte a piis nonnullis Sodalibus convivium ageretur, Dei servus orationi intentus in Ecclesia diutius commoratus est, nec ad convivium accessit, nisi illo peracto, adducens secum numerosum pauperum gregem, cumque de tanto egenorum numero focii indignarentur, cum nihil quod illis apponere possent, praeter unicam partem Isidoro reservatam, superesset, vas, in quo ea reposita erat, adeo redundans invenerunt, ut non solum abunde praesentibus sufficeret, sed & portio ejus non modica pro absentibus pauperibus seposita fuerit. Nec solum hominum genus misericordia complexus est, sed illud praeteregressus, etiam volucres coeli ea inundavit: Cum enim hyemali tempore omnia nive cooperta essent, ipseque columbarum ingentem numerum vidisset non invenientium cibum, misericordia motus super eas, ad illius imitationem, qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum, terram manu deterfit, eamque tritico, quod ad molendum deferrebat, abundantem conspexit. Quem commiserationis excessu

Angeli pro eo Agrum colunt.

Asinam a Lupi faucibus oratione liberat.

Cibos multiplicat in auxilium pauperum.

Acque etiam pro volucrum alimonia.

excessum miraculo Deus insignire voluit: Tritico, quod superfuera ad pristina mensurae modum, stupentibus focis mirabiliter aucto.

§.8. Adveniente demum tempore, quo tamquam bonus certator coronam justitiae sibi repositam consequutus erat, post humillimam peccatorum confessionem, & Sacrum Viaticum summa cum devotione susceptum hortatus domesticos, quantum potuit ad dilectionem Dei, & proximi, plenus honorum operum, sanctitate, & miraculis admirabilis, terrenis vinculis, quod diu concupierat, ut cum Christo esset, exolutus, ad caelestem patriam evolavit anno a salute mundi millesimo centesimo septuagesimo.

§.9. Corpus ejus in Sancti Andreae Coemeterio depositum, cum per quadraginta annos fuisset omnibus Coeli injuriis expositum, nihilominus, qui capillorum capitis Sanctorum suorum numerum custodit, ab omni corruptione illesum praeservavit. Nam quadagesimo anno elapso, cum amicus ejus, deinde Matrona per visum admoniti fuissent, ut decentius in Ecclesia conderetur, corpus ejus integrum, & incontaminatum, incorruptis velaminibus, quibus erat involutum, suavissimum odorem spirans repletum est, ac honorifico sepulchro datum, in quo deinde anno 1613. cum eadem integritate, & odorem suavitatis inventum fuit, cum mandato Delegatorum Sanctae Sedis Apostolicae, ut visitaretur, & inspiceretur, inde fuit extractum.

§.10. Dies vero translationis ejus, vere dies insignis solemnitatis, & laetitiae divinitus effectus est; effusi enim sunt abundanter super populum fidelem ejus intercessionibus thesauri miserationum Domini in curationibus, & sanitatibus. Ad contactum enim pulveris sepulchri ejus, oculi caecorum aperti sunt, surdorum aures patuerunt, & claudi, consolidatis basibus, ambulaverunt, & variis languoribus vexati, sanitatis gratiam impetrarunt: omnibus Dominum in Sanctis ejus, & in multitudine virtutis ejus collaudantibus. Quin etiam, & Ecclesiarum campanae, quamdiu processio translationis duravit, per univrsam Oppidum nullo impellente sonuerunt.

§.11. Quamvis autem ejus sanctitatis fama per univrsam Hispaniam jam antea penetrasset, & memoria illius apud omnes illas gentes in benedictione esset; post translationem tamen corporis ejus tot magnalibus a Deo decorata, illustrior, & gloriosior haberi coepit: sed & sequentibus temporibus frequenter dignatus est Dominus Deus noster per intercessionem servi sui notam facere multitudinem misericordiae suae, ingentia beneficia tribuens fideliter petentibus, quorum aliqua insigniora praesentibus literis inferenda decrevimus.

§.12. Quodam enim die cum Sacrum ejus Corpus publice in Ecclesia ad pluviam a Deo ejus precibus impetrandam expositum fuisset, caecus Benedictus nomine, qui curationem caecitatis suae a Sancto devote

Moritur.

Corpus ejus incorruptum manet.

Miracula quae plurima cum transferretur.

Alia etiam post translationem.

Lumen caeco restitutum.

efflagitaverat, repente, e media multitudine exiliens, se videre exclamavit, benedicens Deum in Sanctis suis admirabilem, qui Beati Isidori meritis oculos suos illuminasset.

§.13. Gravi, & lethali ulcere in Crure Catharina Fernandez laborabat, saevisque doloribus affligebatur, nec aliam opem adversus mortem a medicorum industria sperare poterat, nisi per totius cruris abscissionem; quamobrem oculis ad coelum levatis imploravit intercessionem hujus electi Dei, indeque auxilium invenit: ad motis enim coram, qui sacrum corpus tetigerant, dolore statim libera, tridui spatio, absque alio medicamento convaleuit.

§.14. Cum ingens parietis ruina Balthasaram Ortiz pregnantem, una cum tribus filiis, & ancilla oppressisset, & graviter laesisset, Beati Isidori patrocinio, cui se commendarunt, omnes incolumes, eo protegente, mirabiliter evasere: & ne cui dubium esset, tam insigne beneficium divinitus Beati Isidori suffragiis impetratum fuisse, sex a ruina mensibus elapsis Balthasara peperit filium vivum tres profundas vulnerum cicatrices, quasi miraculi testimonium, in capite habentem.

§.15. Vexabatur gravissimo morbo Hadrianus adolescens, tribus carbunculis adeo gutture obstructo, ut non solum cibo, potuique, sed & respiratori vi intercluderetur. Cumque in extremo vitae discrimine constitutus, divina misericordia fretus, ad Imaginem Beati Isidori conversus incolunitatem devote efflagitasset, repente per quietem de vita, saluteque a Deo impetrata ab Isidoro admonitus, melius habere coepit, nec multo post integram consequutus est sanitatem.

§.16. Puer Didacus a nativitate herniosus, post vota Deo in honorem Isidori a matre nuncupata, & reddita, nullo alio medicamine adhibito, sanus effectus est.

§.17. Alter item quatuor annorum, Puer Alphonus nomine continuis febris, ac dysenteria plane oppressus, jamque vitali calore destitutus, ac animam agens, a Patre Isidoro cum lachrymis commendatus, in ipsa hora utroque morbo liberatur, ac pristinae restituitur valetudini.

§.18. Accesserunt orationis causa ad harem Sancti Isidori curru vestri, quem mulae duae trahebant nonnulli cum domesticis foeminis, puerisque omnes ad duo de viginti. Dum vero Domum revertuntur, currus magno impetu in declive in crepidinem incidit altissimae, ac praecipitis rupis fluvio imminens; tum altera mula collapsa, ac solo prostrata, altera e rupe pendit, & currus jam in praecipitibus habiturus saxis adhaesit: cumque omnes in extremo vitae periculo, clamore, & ejulatu Beatum Isidorum invocarent, adfuit ipse in auxilio opportuno: & currus quidem ejus patrocinio sustentus, praeruptis illis laxis tandiu immobilis haesit, donec omnes incolumes desilirent, & sanibus praecisis, altera mula tantum in praecipitibus delapsa,

Catharina Fernandez ulcere in crure sanata.

Nonnulli e parietis ruinis capti.

Adolescens quidam saluti restituitur.

Herniosus a nativitate sanatus.

Morti proximus soluti rediit.

Nonnulli cum in praecipitibus perirentur, miraculo liberati.

1621.
Celsi in pan-
perum solen-
nitate trans-
missi.

Miscula per
fuerunt quem
E. Isidorus e-
ANS PATRATA.

Processus su-
per seculi San-
ctitate, & mi-
raculis ordi-
natis in fidei
formati.

Instante Phi-
lippo II. Hi-
spaniarum Rege.

A Paulo V.
S. R. Au-
ditoribus
re. dicit, ut e-
am innotescat

Gregorius Decimusquintus An.I.

pla, cetera divino beneficio fervantur.
§.19. Thesaurarius Confraternitatis,
quæ Matrini in honorem Divi Isidori institu-
ta est, daturus solemnè quodam die de mo-
re pauperibus convivium, cibaria, & vina,
quæ viginti tantum reficiendis satis essent,
comparaverat; sed cum trecenti ferme
pauperes ad mensam assedisent, implorato
Isidori præsidio, adeo multiplicata sunt,
quæ apposuit, ut non modo omnes assatim
saturarentur, sed & plurima, quæ super-
faturarentur, collecta fuerint fragmenta.

§.20. Sed ut omnibus innotescat abun-
dantia gratiarum, quas jugiter meritis ser-
vi sui super invocantes cum misericors Do-
minus effudit, insigniora quædam benefi-
cia per admirabilem illum fontem, quem
e terra stimulo percussa subito erupisse me-
moratum est, fidelibus impertita his literis
duximus memoranda.

Desperata corporali salute, continuus
febris, & diarrhæa Catharina de Villa
Sanctæ laborabat, cum invocato Isidori pa-
trocinio sanitati restituta est.

Eadem fide munitus Hilarius Cimbren
post trium mensium dysenteriam, cum hæ-
tica febris recepto, extremæ unctiois Sa-
cramento, ac animam agens, clamavit ad
Dominum, & ad servum ejus Isidorum, &
exauditus est: Poculo enim fontis ejus hau-
sto, convalescit, stupentibus omnibus, &
Deum in mirabilibus ejus laudantibus.

Sed & eandem virtutem expertus est
Augustinus de Fuente Advocatus Matrini,
qui desperata sanitate, ex acuto morbo, &
jam in faucibus mortis constitutus, omni
humana ope frustra tentata, ad divinam
conversus, suscipitque ad Deum precibus, &
implorato Isidori subsidio, eadem aqua
sumpta, incolumis evasit.

Quin etiam Alphonfus Gallo pestilen-
ti febrè, & mentis stupore correptus, me-
dicis omnem spem vitæ deponendam esse
contestantibus, conversus ad Deum, & ad
Sanctum ejus, misericordiam consequutus
est. Nam solo aquæ potu, quam deceptus
a matre, fontis ejus esse credebat, momen-
to temporis restitutus est sanitati.

§.21. Igitur cum tot, tantisque signis
mirificaret Dominus Sanctum suum, & fama
sanctitatis Isidori, ac miraculorum, quæ
per ejus intercessionem fiebant, coruscaret,
& procedente tempore majora suscipere
ret incrementa, & consequenter fidelium
devotio, ac veneratio erga ipsum in dies
augeretur: fuerunt auctoritate ordinaria
formati processus super ejusdem vitæ, ac
miraculis, & a claræ memoriæ Philippo III.
Hispaniarum Rege Catholico pro Canoni-
zatione ipsius apud sel. rec. Paulum Quintum
Prædecessorem nostrum actum, qui
precibus Catholicæ Regis benigne auditis,
commissit tribus Sacri Palatii Apostolici
Causarum Auditoribus, nempe bon. mem.
Francisco Peña Decano, & bon. mem. Ho-
ratio Lancellotto postmodum Sanctæ Ro-
mæ Ecclesiæ Cardinali, & dilecto filio
Alphonso Manzanedo, ac deinde in prio-
rum loco subrogatis dilecto filio nostro

Francisco Archiepiscopo Damasceno tunc
Auditoris Locumtenenti tunc Sanctæ Ro-
mæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, ac
dilecto etiam filio Joanni Baptistæ Coccino
Decano, ut acta reciperent cum facultate
si videretur, novos processus auctoritate
apostolica conscribendi.

§.22. Auditores, re diligenter, ac ma-
ture perpensa, novos processus auctoritate
apostolica conscribendos censuerunt, eadem-
que processuum conscriptio bon. mem. Bernar-
do de Roras Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinali, & Archiepiscopo Toletan., &
Ven. Fratri Francisco Episcopo Canarien.,
& dilecto filio Joanni de Hores Canonico, &
Thesaurario Ecclesiæ Carthaginen. delega-
ta fuit.

§.23. Qui cum de mandato munere di-
ligenter perfuncti fuissent, omnia ejusmo-
di acta ad eosdem Auditores transmiserunt:
qui omnibus summa cum diligentia, prout
rei magnitudo exposcebat, consideratis, &
examinatis, retulerunt eidem Paulo V. Præ-
decessori, satis justificari excellentiam vitæ,
sanctitatis, ac miracula Servi Dei Isidori,
omniaque abunde constare, quæ pro cano-
nizatione ejusdem a sacris Canonibus requi-
runtur, posseque ad ulteriora procedi.

§.24. Utque ea maturitate, quæ in re
tanta requirebatur, negotium ageretur,
idem Paulus dilectis filiis nostris Sanctæ Ro-
mæ Ecclesiæ Cardinalibus Sacris Ritibus
præfatis de more dedit in mandatis, ut
memoratos Processus quam diligentissime
inspicerent, ac de tota hujusmodi causâ
accurate cognoscerent.

§.25. Deinde eodem Paulo, sicut Al-
tissimo placuit, viam universæ carnis in-
gresso, cum humilitas nostra ad apostola-
tus apicem, licet nullis nostris exigentibus
meritis, sed sola divina misericordie di-
gnatione, vocata esset, ad honorem Dei, &
decorem Domus ejus summopere pertinere
existimavimus, ut negotium hujusmodi cano-
nizationis promoveretur. Si enim, ut de
omnipotentis Dei benignitate sperabamus,
juxta desiderium cordis nostri prospere pro-
cessisset, magnum devotionis augmentum
erga Deum, & electos illius omnibus Chri-
stifidelibus futurum cernebamus. Manda-
vimus itaque prædictis Cardinalibus, ut
quod illis a Prædecessore nostro prædicto
olim injunctum fuerat, quamprimum exe-
querentur.

§.26. Quod cum illi accurate perfecis-
sent, ac pro Sancti viri Canonizatione om-
nes unanimes censuissent, Ven. Frater nos-
ter Franciscus Maria Episcopus Portuen.
Cardinalis de Monte totius Processus sum-
mam, ac suam, Collegarumque sententiam
coram Nobis in Consistorio nostro secreto
exposuit. Quibus auditis, ac perpensis, re-
liqui Cardinales, qui aderant, omnes ad
ulteriora procedendum censuerunt.

§.27. Cum itaque publico sequenti Con-
sistorio pro ejus Canonizatione dilectus fi-
lius Faustus Caffarellus Aulæ nostræ Consi-
sterialis Advocatus apposte dixisset, ac no-
mine char.issimi in Christo filii nostri Phi-
lippi

Qui Processus
auctoritate a-
postolica con-
scribendos esse
censuerunt.

Hisque visis ad
ulteriora in-
Canonizatione
ne B. Isidori
posse procedi.

Negotium
commissum
Congregatio-
ni S. Rituum.

Que commis-
so a Grego-
rio XV. suis
renovata.

Cardinales in
Consistorio Se-
creto ad Cano-
nizationem
procedendum
esse censent.

Premiis de-
nique oratio-
nibus aliisque
plis operibus.

Accedentibus
que omnium
suffragiis.

Statutum est
ad Canoniza-
tionem deve-
nire.

Quod actum
est in Basilica
Vaticana die
22. Martii.

Gregorius Decimusquintus An.I.

Lippi Hispaniarum Regis Catholici, ut ad
eam procedere dignemur, humiliter sup-
plicasset; Nos de re tanta Venerabiles Fra-
tres nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
dinales, & Episcopos in Curia præsentem
consulturos esse respondimus; Atque inter-
rim Cardinales, & Episcopos, qui aderant
vehementer in visceribus Jesu Christi horta-
ti sumus, ut eleemosynas operantes, &
corda sua in Jesu, & orationibus coram
Deo nobiscum effundentes, humiliter expo-
serent a Patre luminum, ut Spiritum San-
ctum suum de Coelo in Nos mittere digna-
retur, qui mentis nostræ oculos divina gra-
tia splendore illuminaret, ut voluntatem
ejus agnosceret, & perficere valeremus.

§.28. Sed cum semipublico Consistorio,
quod deinde ex more celebratum fuit, vo-
catis Cardinalibus, Patriarchis, Archiepi-
scopis, & Episcopis in Urbe tunc præsentibus,
nostrisque, & Sedis Apostolicæ No-
tariis, ac Sacri Palatii Apostolici causarum
Auditoribus multa a Nobis proposita fuisset
de vita, & miraculis Beati Isidori, sin-
gularumque rogata sententiæ, omnes con-
corditer benedicentes Deum amicos suos
clarificantes Beatum Isidorum canonizan-
dum esse, & in Sanctorum Confessorum
Cathalogum referendum, apertis suffragiis
censuerunt.

§.29. Quorum omnium unanimi consen-
su audito repletum est gaudio os no-
strum, & lingua nostra exultatione, quia
magnificaverit Dominus facere nobiscum,
& Ecclesiam suam novo decore augendam,
& illustrandam decreverit. Canonizationis
itaque constitutum diem, & orationibus
apud Deum, a quo omne donum perfectum
est, ut infiant omnes admonuimus, ut
in tanto opere peragendo humilitati nostræ
per spiritum suum assistere dignaretur.

§.30. Demum cum omnia, quæ ex San-
ctorum Patrum decretis, & Romanæ Ec-
clesiæ consuetudine agi, & observari in ta-
libus consueverunt, perfecta essent; hodie
in Sacrosancta Principis Apostolorum Basi-
lica, ubi solemnè ritu cum Venerabilibus
Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalibus, nec non Patriarchis, Ar-
chiepiscopis, & Episcopis prædictis, Roma-
næ Curia Prælatibus, Officialibus, & Fam-
iliaribus nostris, Clero seculari, & regula-
ri, ac maxima populi frequentia conveni-
mus, post repetitas pro Canonizationis de-
creto petitiones nomine ejusdem charissimi
in Christo filii nostri Philippi Regis Catho-
lici a dilecto filio nostro Ludovico tituli
Sanctæ Mariæ Transpontinæ Cardinali Lu-
dovico nostro secundum carnem nepote
per dilectum filium Nicolæum Zambecarium
Advocatum, decantatis sacris Precibus,
ac Litanis, ac Spiritu Sancti gratia
devote, ac humiliter implorata, ad hono-
rem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ac fi-
dei catholice exaltationem, auctoritate
omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spi-
ritus Sancti, Beatorum Apostolorum Petri,
& Pauli, ac nostra, de Venerabilium
Fratum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

Cardinalium, Patriarcharum, Archiepisco-
porum, & Episcoporum consilio, ac una-
nimi consensu, bon. mem. Isidorum Agri-
colam de Matrino, de cujus vitæ sanctita-
te, fidei sinceritate, & miraculorum ex-
cellentia plene constabat, & constat, San-
ctum esse deservimus, ac Sanctorum Con-
fessorum non Pontificum Cathalogo adscri-
bendum decrevimus: prout præsentium te-
nore definimus, decernimus, & adscribi-
mus, illumque omnes Christifideles tam-
quam vere Sanctum honorare, & venerari
mandamus; Statuentes, ut ab universali
Ecclesia in ejus honorem Ecclesiæ, & Al-
taria, in quibus sacrificia Deo offerantur,
adificari, & consecrari, & singulis annis
die, quo ad cœlestem patriam migravit, ejus
officium, ut de Sancto Confessore non Pon-
tificæ ad præscriptum Romani Breviarii ce-
lebrari possint.

§.31. Eademque auctoritate omnibus
Christifidelibus vere penitentibus, & con-
fessis, qui annis singulis eodem festo die ad
sepulchrum, in quo corpus ejus requiescit,
visitandum devote accesserint, unum an-
num, & unam quadragesimam; iis vero, qui
in ejusdem festi octava, quadraginta dies de
injunctis, seu quomodolibet debitis peni-
tentiis misericorditer in Domino relaxavi-
mus. Postremo, cum gratias egissemus
Deo, qui Ecclesiam suam meritis, & in-
tercessione Sancti Isidori clarificare digna-
tus esset, in hymnis, & confessionibus ma-
jestatem ejus collaudantes, ut misericordi-
as suas super populum suum jugiter effun-
deret, solemnè Oratione Confessorum in
Sancti Isidori honorem decantata humiliter
precati sumus, atque ad Altare Principis
Apostolorum, Missam celebravimus, cum
ejusdem Sancti Confessoris commemora-
tione; omnibusque Christifidelibus tunc
præsentibus, plenariam omnium peccatorum
suorum indulgentiam concessimus.

§.32. Dignum igitur, & congruum est,
ut omnes uno ore glorificemus Deum, &
unicum filium ejus Dominum nostrum Je-
sum Christum, qui quamvis peccatis nos-
tris exigentibus, calamitosi hæc tempo-
ribus Ecclesiam suam adeo affligi a contra-
riis potestatibus patitur, misericordiam
tamen suam non dispersit a Nobis, & abun-
dare facit in omni tribulatione, & presu-
ra consolationes nostras, cum apud thro-
num gratiæ sue talem intercessorem, &
Advocatum pro Nobis manifestavit, quo
suffragante placatus, flagella suæ indigna-
tionis ab Ecclesia sua avertat, eamque su-
per capita inimicorum suorum exaltet, &
in diebus nostris populo suo Dominus Deus
noster pacem misericorditer concedat, &
tranquillitatem.

§.33. Caterum, quia difficile foret præ-
sentes nostras literas ad singula loca, ubi
opus esset, deferri volumus, ut earum exem-
plis etiam impressis manu publici Notarii
subscriptis, & sigillo alicujus personæ in di-
gnitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadē
ubique fides habeatur, quæ ipsis præsentibus
adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.
R r 2 Nulli

Proposita In-
dulgentia ejus
sepulchrum vi-
sitantibus.

Orationes ad
Deum effun-
denda.

Transumptis
danda fides.

1621.
Claufula pœ-
nales.

§.34. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, & vocationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo, quarto Idus Martii Pontificatus nostri Anno Primo.

Dar. die 12.
Martii 1621.
An.I.

Pontificis sub-
scriptio.

Ego Gregorius Catholice Ecclesiæ Episcopus.

Perfice gressus meos in semitis tuis.

Et subscri-
ptiones Car-
dinalium.

- * Ego Antonius Cardinalis Saulius Decanus.
- * Ego Franciscus Maria Cardinalis de Monte Episcopus Portuen.
- * Ego Octavianus Episcopus Prænestin. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Bandinus.
- * * * * *
- * Ego Dominicus Sanctorum Apostolorum Presbyter Cardinalis Gymnasius.
- * Ego Carolus tit. S. Casarej Presbyter Cardinalis Madrutius.
- * * * * *
- * Ego S. tit. S. Chrisogoni Presbyter Cardinalis Burghesius.
- * Ego M. tit. S. Flouuprii Presb. Cardinalis Barberinus.
- * Ego Joannes Garzia tit. Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Milinus.
- * * * * *
- * Ego M. tit. Sanctorum Quirici, & Julitæ Presb. Card. Lantes.
- * Ego F. tit. S. Augustini Presb. Cardinalis Verallus.
- * * * * *
- * Ego Joannes Baptista tit. S. Cæciliæ Presbyter Card. Lenius.
- * * * * *
- * Ego Dominicus tit. S. Martini in Montibus Card. Riuarola.
- * Ego Philippus tit. S. Mariæ de Populo Card. Philonardus.
- * * * * *
- * Ego G. tit. S. Crucis in Hierusalem Card. Borgia.
- * * * * *
- * Ego R. Cardinalis Vbalminus tit. Sancti Alexii.
- * * * * *

* * * * *

- * Ego S. Presb. Card. S. Susanna S. R. E. Bibliothecarius.
- * * * * *
- * Ego Guido tit. S. Joannis ante Portam latinam Card. Bentivolus.
- * * * * *
- * Ego P. tit. S. Salvatoris in Lauro Presb. Card. Valerius.
- * Ego Icelius Fridericus tit. Sancti Laurentii in pane, & perna Presb. Card. de Zollerem.
- * * * * *
- * Ego F. R. Desiderius tit. S. Clementis Presb. Card. de Cremona.
- * * * * *
- * Ego Ludovicus Cardinalis Ludovisus tit. Sanctæ Mariæ Transpontina S. R. E. Camerarius.
- * * * * *
- * Ego F. tit. S. Matthæi in Merulana Card. Sacratas.
- * * * * *
- * Ego M. A. tit. S. Eusebii Card. Gozzadinus.
- * * * * *

II.

Privilegia, & Indulta pro Conclavistis, qui interfuerunt Conclavi, in quo Gregorius XV. Pontifex electus fuit.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex ex sua circumsperta providentia eas consuevit personas condignis præcipue complecti favoribus, & gratiis, quas sibi, & Apostolicæ Sedi devotas, & obsequiosas, ac plurimis cognoscit meritis adjuvari.

Exordium.

§.1. Hinc est, quod Nos dilectos filios Conclavistas, qui in Conclavi, in quo divina favente clementia, ad summi apostolatus

Causa hujus Conclit.

Absolutio a censuris ac damnatione decem millium scutorum auctoritate pro conclavistis.

Creantur Nobilibus Cives, ac familiares Papæ.

latus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus uti familiares, & continui commensales interveniendo interfuerunt, quique ea de causa labores, vigiliis, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum, favoribus, gratiis, & privilegiis proculsumque meritis exornare volentes.

§.2. Ipsosque Conclavistas, & quemlibet eorum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, etiam si in illis per annum continuum infortuerint, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes. Motu proprio, non ad ipsorum Conclavistarum, seu alicujus eorum, vel alterius pro eis Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex nostra mera liberalitate Conclavistas prædictis scuta decem millia auri in auro stampatum, per tres ex prædictis Cardinalibus singulatim in quolibet ordine antiquiores inter ipsos Conclavistas, & per capita singulorum Conclavistarum, non autem per singulas cellulas aquis portionibus distribuenda, gratiosè, & irrevocabiliter apostolica auctoritate, tenore præsentium donamus.

§.3. Ipsosque Conclavistas in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos commensales nostros, ac eos, qui ex illis clerici existunt, seu militia clericali adscribi desiderant, quosque tres hujusmodi Cardinales gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, recipimus; ac tam illos, quam alios Conclavistas singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, sacri Palatii, & Aula Lateranen. Comites, & Milites, ac tam illos, quam omnes, & quoscumque alios Conclavistas indistinctè, qui nobiles non sunt, nobiles quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporalis dominio, & dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quiscumque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos, alios veros originarios, & antiquissimos etiam nobiles, & participantes cives ipsius Urbis, vel Civitatis, ita ut ipsum jus Civitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & assignamus, & nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque familiarum, continuorum commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico intervenientium, ac illius Tinello comedentium, & bibentium, ac nostrorum, & Sedis prædictæ Notariorum,

Palatiique, & Aula prædictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hujusmodi originariorum numero, & confortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibus, militibus, nobilibus, & Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, ac mandamus.

§.4. Eisque, ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, & literis tam gratiam, quam justitiam concernentibus, se familiares, continuos Commensales nostros, Comites, Milites, Nobiles, & Cives etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessionis, & literæ ipsæ subreptionis vitio subiacent; sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationi, anticipationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii nostri familiares tempore dictæ assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii etiam de numero participantium existentes, etiam si habitum, & Rochettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aula præfatorum Comites, Milites, & Nobiles etiam originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam ut præferatur, elegerint, quique ex utroque parente vere nobili, & Cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad affectionem quorumcumque Beneficiorum, etiam Ecclesiasticorum, etiam per quascumque literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in Judicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, realiter, & integre in omnibus, & per omnia, etiam si in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vere nobili genere ex utroque parente nobili originario, & antiquissimo ejus procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessionis, indulta, & jura, quæ pro aliis nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarunt, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competere, auctoritate, & tenore similibus indulgemus.

Eorumque privilegiis, & indultis donatur cum privilegio, ut literæ sub his nominibus impetratæ subreptionis vitio careant.

§.5. Singulosque Conclavistas prædictos a solutione, & exactione decimarum Ecclesiasticarum ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentissima, & inex-

A solutione decimarum eximit.

inexcogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rumpublicarum, etiam Venetiarum, ac quorumcumque aliorum Principum impositarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse decernimus.

§.6. Ipsisque Conclavitis singulis quocumque fructus, redditus, & proventus ecclesiasticos, etiam occasione pensionum annuarum ipsi, vel eorum alicui reservatarum ratione omissionis recitationis Horarum canonicarum indebit perceptos, cuiuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, & condonamus.

§.7. Ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris huiusmodi ligati Missas, & alia Divina officia, dummodo tamen non in contemptum clavium, celebraverint, aut alias in divinis se immiscuerint, ut illa, & aliis premissis non obstantibus ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus ordines alias rite promoveri, & in illis, ac in susceptis per eos aliis rite ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, etiam libere, & licite valeant, dispensamus.

§.8. Ac eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum Natalium ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, & viribus feminis forsitan procreati sint, etiam si legitimi aliis existant, legitimamus, omnemque ab illis generantur huiusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac Natalibus restitimus.

§.9. Et cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, & aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen preiudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissio, seu aliis de iure valida dispositione succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad aequales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia iura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato hereditates, legata, libertates restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

§.10. Ac ad dignitates, honores, & quocumque alia officia secularia publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis impedimentum non obsistat, ut clericali characterem, qui illo nondum insigniti, ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, promoveri, ac postmodum characterem, & ordinibus huiusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quocumque, & quacumque cura, & sine cura beneficia ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & clectiva in Cathedralibus, & Me-

tropolitans, vel Collegiatis Ecclesiis, seu Parochiales Ecclesie, vel earum perpetue Vicarie, ac Canonicatus, & Præbende, Dignitates, non tamen principales in Collegiatis Ecclesiis huiusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferant, aut ipsi eligantur, presententur, vel alias assumantur ad illa, & instituatur in eisdem, recipere, & retinere, libere, & licite valeant.

§.11. Omnesque, & quocumque gratie, provisiones, comenda, & quavis alia litera Apostolica, etiam in forma Brevis pro illis expediendis, gratis ubique expediantur, tam de capienda possessione nomine Camere Apostolicæ, quam in forma literarum Apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris familiaribus continuis commensalibus, etiam gratis dentur, & concedantur, ac dari, & concedi omnino debeant precipimus, & mandamus.

§.12. Ac eisdem Conclavitis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Ecclesiarum, aut personæ quocumque Ecclesiasticæ tam in Romana Curia, quam extraneam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ quocumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & proventus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura facultatum, & quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus huiusmodi beneficiorum reservados, seu reservandos, etiam si alias semel, vel pluries translata, seu translati fuerint, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus huiusmodi, usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis ecclesiasticis per eosdem Conclavistas, & eorum singulos nominandis, etiam quocumque, quocumque, & quacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Conclavitis reservata, seu reservati fuerint, etiam absque beneficiis ipsa obtinentium consensu, integre persolvendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, reservare, constituere, concedere, & assignare valeant, atque in possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Conclavista tempore translationis per eos presentium vigore faciendæ, existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, & indulgemus, etiam si similem gratiam a prædecessoribus Nostris aliis forsitan obtulerint, seu quilibet eorum obtulerit, illius effectu cumulative eos gaudere, & potiri volumus. Decernentes, ipsas translationes, & novas reservationes, con-

Expediō literarum Apostolicarum pro Conclavitis gratis faciendā.

Indulta circa pensiones transferendas usque ad summam centum ducatorum auri de Camera.

Remittit fructus male perceptos ob non recitationem horarum Canonicarum.

Dispensatque super inhabilitate ad sacros Ordines.

De etate, & qualitate promovendorum ad Ordines habet in Conc. Trid. Sess. 23. cap. 11. & 12.

Ab eis omnem natalium maculam abstergit.

Ac habilitat ad successiones, & hereditates.

Necnon ad honores, & dignitates.

stitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventus reservata fuerint, obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore.

Habitus Clericalem gestare non teneantur ob dd. pensiones summā 200. scut. non excedentes imo in matrimonio vi. vete possint.

§.13. Ac cum eisdem Conclavitis, quod ratione quorumcumque pensionum annuarum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reservatarum, & reservandarum habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis, dummodo aliis ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli, minimeque aliquas sententias, censuras, etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum pœnas occasione præmissorum incurtere possint, sed easdem pensiones ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut præfertur, etiam si matrimonium contraxerint, cum unica tamen, & virgine, recipere, & retinere.

A spoliis eximit.

§.14. Postremo, quod bona quocumque ad dictos Conclavistas, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam canonicatum, & præbendam, ac dignitatum, etiam majorum, & principalium etiam speciali nota, & expressione dignarum quorumcumque per eos alias obtentorum, & obtinentorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, licite tamen acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque Districtu, & ubique existentium, spoliis minime subiaceant; sed Conclavista præfati, etiam si Religionis alicuius Militiæ, etiam S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quorumcumque personarum, etiam si Curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumvis remoto eos decedere contigerit, testari, & alias disponere, usque ab intestato decedentibus legitime eorum hæredes quicunque succedere libere, & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Executores deputat.

§.15. Præcipientes, ac mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, Thesaurario, Præfidentibus, Clericis Camera nostræ Apostolicæ, & quibusvis aliis spoliolorum huiusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Prioribus, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant, ac etiam decernentes donationes per viam Testamenti, & Codicillorum per ipsos Conclavistas, de eorum bonis huiusmodi faciendas, semper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

A Registro Camere eximit.

§.16. Nec eosdem Conclavistas, eorumve aliquem ad præfatas literas in dicta Ca-

mera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illas, etiam si illæ intra tempus legitimum insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

Clausulas præservativas apponit.

§.17. Ac easdem præfatas literas, & in eis contenta quocumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriarum, vel quæ eas limitarent, seu moderarent, quæ a Nobis, & dicta Sede pro tempore, & ex quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, ac divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel aliis quavis auctoritate hætenus, vel in posterum emanaverint, minime comprehensas esse, sed quoties ille emanabunt, toties easdem præfatas in pristinum statum restitutas, repositas, & reintegratas esse, & censeri.

§.18. Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, ubique iudicari, & definiti debere, irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Iussio quoad dd. licentia gratias expediendū.

§.19. Et insuper dilectis filiis Rescribentario, & Computatori literarum Apostolicarum, & aliis, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna indignationis nostræ, Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine per Apostolicæ scripta mandamus, ut literas Apostolicas prædictas super premissis omnibus, & singulis tam conjunctim, quam separatim, ac pro singulis, quibus concessa fuerint, ac seorsum, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro ubique, in omnibus officiis, etiam Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, Plumbique, & Registri, absque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis faciendæ, omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expendant, & expedire faciant.

Contrariis derogat.

§.20. Non obstantibus premissis, ac decreto de eorumdem Notariorum numero, etiam si ad illum nondum sit devenit, cui per hoc alias non intendimus derogare, ac una de infolentibus, & altera nostris de præfando consensu in pensionibus, ac felicis record. Pii Papa IV. de similibus, vel dissimilibus gratis in Camera Apostolica infra tres menses præsentandis, & registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum contra illegitimos, necnon Picaven. Concilii, & alios Apostolicis, ac etiam in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum